[illegible] ymagues [illegible] [illegible] marcos [illegible] [illegible] Ximenez Lozano [illegible] [illegible] —

El lic.do Pedro de la [illegible]

[illegible]

Rodrigo de [illegible]

[illegible] Lozano

Bernardino Giron

Martin de [illegible]

D.r Conejero Marin

[illegible] Calderon

D.r Navarro Galindo

Antonio Marin

Juan de Espinosa

[illegible] Marin

Alonso de Salmeron

[illegible]

Dilecto filio Petro de Morales Presbitero Societatis Jesu Procuratori generali Provinciae Hispaniae, et Rectori Collegij Angelorum in partibus Indiarum Occidentalium

Clemens Papa . VIIJ.

Dilecte fili Salutem et Apostolicam benedictionem. de tua pietate, fide integritate Chatolicae religionis propagandae et Animarum salutis procurandae zelo plurimum in domino confisi, tibi ad partes Indiarum Occidentalium Novae hispaniae (cui residentiae Societatis Jesu Insularum philipinarum sunt annexae) propediem benedicente domino, et cum nostra etiam apostolica benedictione profecturo Omnia et singula privilegia, indulta, gratias, indulgentias facultates et concessiones spirituales, quas fel. rec. Sixtus quintus, Gregorius XIIIJ. ac Innocentius IX. Romani Pontifices praedecessores Nostri quon. Alphonso Sanchez Presbitero dictae societatis Jesu. tunc ad easdem Indiarum partes et insulas philipinas profecturo in favorem Indorum iam ad chatolicam fidem conuersorum, et in futurum conuertendorum in dictis Occidentalibus Novae Hispaniae, et insulis philippinis ac aliorum quorumcumque christifidelium concessa et nominatim in literis eiusdem Innocentij IX. contenta incipientibus.

Inter felices ac prosperas res, quibus divina benignitas nos ab ijs molestijs sublebare non desistit, quas ob perturbationes ecclesiam Dei undique, hoc tempore agitantes graviores sustinemus, magno nobis solatio atque summae iucunditati nobis fuit; tuas litteras tum ecclesiasticam quam secularis, ac praesertim eorum, qui eis praesunt, Episcopi nimirum, et capituli, Magistratuum, atque universitatum insularum Philippinarum nomine, susceptas a nobis legato. Gratissima etiam fuerunt ea, tum quae nobis retulisti de innumerabili earum multitudine, quae paucorum annorum spatio eisdem insulis repertis decursu partim ad christianam religionem traducta, partim concordi pace firmata est, tum quae addidisti de spe, quam rebus feliciter succedentibus boni omnes conceperunt fore, ut eisdem insulis faciles additus ad Romanae ecclesiae fidem, non solum ad Sinas, sed ad extremas usque Indorum regiones propagandam brevissime patefiant. fuit quoque iucunda tua commemoratio zeli pietatis, studij, religionis, operis ac laboris in quibus Venerabilis frater Episcopus, ac dilecti filij clerici seculares, nec non regulares ordinum S. Augustini, S. Dominici, S. Francisci, ac etiam Societatis tuae Jesu in eisdem insulis commorantes, et ad eas se conferentes, magna cum pietate, et omnium virtutum laude versantur; dum ijdem summa paupertatis, et humilitatis, ut parest, studia colentes, cetera quoque vitae apostolicae instituta sectantes, dum alios non solum salutari doctrina imbuere, sed laicos, Gubernatoris videlicet, Capitanei generalis, aliorumque Praefectorum, iudicum, et ministrorum militiae tam terrestris, quam navalis reliquorumque, partim civitates, partim oppida incolentium vires, et potentium potestate nimirum temporali christiano more adhibita ac omnis pro Christi gloria hominumque salute vitae discriminibus libenter susceptis quantum cum domino possunt, regere ac moderari non desinunt: et dum eorumque quae ad maiorem earum regionum frequentiam pie agendam et cultum civilem religionisque ibidem constituendum pertinent, nihil non inire recipere timent, novo autem easdem res publicas corpori quandam in primis soliditatem ac firmitatem tribui [illegible] temporalibus deinde eiusdem corporis viribus sancte semper [illegible], idem corpus ab iniuria [illegible] vindicare, tum controuersijs eorum inter